

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertationem De Coeliaca Passione, Gratioussimae  
Facultatis Medicae Indultu**

**Kummer, Johann Gabriel**

**Basileae, 1709**

Vignette, Schmuckinitiale

[urn:nbn:de:bsz:31-41461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-41461)



T H E S I S I.



E verò à solenni quæ hæcenus in Medicorum scholis obtinuit consuetudine recessisse videar, nevé imperfectionis inscribendo argui queam, saltem brevissimis onomatologiam attingam, circa quam tria veniunt observanda. Etymologia, Homonymia & Synonymia.

T H E S I S II.

Etymologiam Cœliacæ passionis quod attinet, cuius facile patebit, debere eam suos natales Græcis, derivatur enim *κοιλιακὸν* sc. *πάθος* à vocabulo *κοιλία*, quod in specie ventriculi, in quem cibi masticati deglutiuntur, denotat, sicque si nomen spectes affectus erit ventriculi, si verò rem ipsam, intestinorum affectio est, uti inferius demonstrabitur. Latius acceptum vocabulum, *κοιλία*, denotat quamvis cavitatem, aliisque adhuc gaudet significationibus, quas omnes recensere, cum ad præsens negotium non adeò pertineant, supervacaneum esse duxi.

T H E S I S III.

Homonymiam quod spectat, sumitur cœliaca passio in foro Medico vel generaliter, pro omni alvi & intestinorum profusio, vel specialiter, pro illo saltem fluxu, in quo unà cum alvi facibus, etiam succus laudabilis, chylus nimirum per anum excernitur.

T H E